

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - V, 02 : De Pythiis](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 02 : De Pythiis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - V, 02 : De Pythiis](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 03 : Des Pythiens](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 02 : Des jeux Pythiens](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 433-435

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

terent. sed utrorumque parentibus multa indicta est & exacta, cum ab illis noxa fuisset commissa. interrogata fuit multa Sarapioni etiam pancratiastæ prima post ducentesimam olympiade, qui condemnatus fuit timiditatis pridie quam pancratiastiam committeretur, quia metu aduersariorum solum vertit, quod vni ex omnibus vndeuis athleticis per omnem hominum memoriam accidisse memorant. Undecima post ducentesimam oleastrum tulit Xenodamus pancratiasta Anticyrensis, cum sequenti coronatus sit Artemidorus Trallianus. Condemnatus est olympiade decima octava post ducentesimam Apollonius pugil Alexandrinus, quia ad statutum diem non adiit: neque illi profuit quod vento ad Cycladas se detentum causatus esset, cum ad statum diem conuenire oporteret, quorum nomina athletarum legitime data fuissent. Heraclidi igitur coronam intacto Elei ac sine puluere partam decreuerunt, cum id grauiter ferret Apollonius, in Heraclidem coronam iam capientem impetum fecit, & ad ludorum præsidēs usque persecutus est, quæ insania illi magni stetit. octava post hanc condemnati sunt pugiles deprehensi de eadem palma inter se pacta pecunia societatem coisse, quare illis multa est imposita: ij fuerunt Didas & Garapammon qui pecuniam dedit, ambo ex Arsinoite tribu Ægypti. olympiade verò quinta ac tricesima post ducentesimam, qua Mnesibulus de cursu victor palmam tulit, duplicati sunt cum clypeo cutriculi, cum & alias Mnesibulus Eleata cursor cæteros cursores olympicos superasset. Atque res olympica ita miram varietatem diuersis temporibus sortita est, & quemadmodum res humanæ omnes sortuntur, quæ nunquam in eodem statu diutius possunt consistere. Veruntamen ex iis perspicuum esse posse cenſeo, quæ genera ludicrorum, & quibus temporibus singula fuerint instituta vel instaurata, & quid iudices spectare oporteret, & quæ præmia proponerentur victoribus. Atq; de Olympicis certaminibus hæc breuiter dicta sũt, nunc de Pythiis dicatur.

De Pythiis. CAP. II.

FVERUNT & Pythia multis annis ante Isthmia instituta, post Olympia tamen, & ea in honorem Apollinis agebantur, ceptæque sunt eo tempore, quo Apollo latronem in Delphis sagittis cõfixit, qui postea inieptus ibi contabuit, quem

¶

tamen draconem quidam esse crediderunt, ut dictum est. Alij instituta dixerunt, quia cum artem vaticinandi sit à Pane doctus, qui scire Arcadibus leges dedit, mox ad vaticinium venit, ubi Nox, deinde Themis respōsa dabat, Pythone præside tunc tripodis prophetici caeso ipse vaticiniorum locum occupauerit. Cum coepti essent igitur celebrari ludi Pythici, antiquissimum omnium fuit certamen, ut hymni in Apollinem cum tibiis ad citharā canerentur, & ab ipsis aulædis, atque variis temporib. & hæc ipsa certamina multam varietatem sortita sunt: quia prius fuit institutum pæcratium, siue quinquertium, quoniam fama est prima Pythiade, in qua certarunt Dei, vicisse Castorem stadio, Pollucem pugilatu, cursu Calaim, armatū Zetem, disco Peleum, luctu Telamonem, Herculem pancratio, qui ramo lauri coronati sunt, ubi primū Pythia sunt ab Apolline instituta, ut quidam putarunt. Alij tamen vocata fuisse Pythia crediderunt à loco Pytho nominato; alij ab interrogatione, cum *πυθία* sit percunctari, in qua vicit Pythiade Achmeas Parapotamius ceteros omnes pueros pugilatu, ea fuit prima, in qua homines decertarunt, ut ait Pausanias. Altera deinde Pythiade Amphictyones, qui fuerunt his ludis præfecti ab Amphictyone Deucalionis filio nominati, vel (ut alij maluerunt) ab Amphictyone Heleni filio, qui hunc conuentum instituit, quod accidit quadragesima octaua olympiade, omnē artem aulædorum repudiarunt, quia nescio quid triste & insuaue auditu, minimeque iucundi ominis canerent, nam elegi & funebres modi magis hisce tibiis conueniebant, quam vilius lætitiæ genus, vel ludorum festiuitas qui celebrabantur. Institutum fuit coronarium dumtaxat certamen ut sub motis præmiis relinqueretur, cum primū pecunia esset præmium victorum. Additus est etiam equorum cursus, qua Pythiade renuntiatu est victor Clisthenes Sicyoniorum tyrānus, eademque certamina indicta sunt Athletis, quæ & in Olympia erant, lata lege ut soli pueri tum longiore, tum etiam repetito cursu manē certarent. nam sicuti dictum fuit, curtu etiam in olympicis decertabatur. Octaua Pythiade lege ludorum comprehensū qui assis fidibus canerent, qua coronatus fuit Agelaius Tegeates. Quadragesima Pythiade octaua coeptum est certari bigis, è quo certamine victor euasit Phocensis Execestander. Quinta postmodo ab illa Pythiade pullis ad currum adiunctis decerta-

de certari ceptum est, in quo certamine ceteros omnes quadrigis superavit Orphondas Thebanus. Postea vero sexagesima Pythiade admissum est inter pueros pancratium, & biunges atque iniunges pulli, serius quam ab Eleis, quo tempore victor declaratus est Laidas Thebanus: cum pulli postea etiam singuli fuissent admissi. septima post hanc Pythiade bigae receptae sunt, & pulli singuli ad currum, qua singulari pullo Lycormas Larissius, at bigis Ptolemæus Macedo victor fuit declaratus. In omnibus his certaminibus laurea corona donabatur, sicuti patet è Pindari epiniciis, quae corona propria fuit illorum ludorum existimata. nam credebatur esse grata Apollini, quia fabulati sunt amatam fuisse ab Apolline Ladonis filiam in illam arborem conuersam. sed tamen fuerunt nonnulli qui existimauerint quòd multo antè quam Apollo Daphnè amaret, instituta sunt Pythia, & antequam laurea reperiretur, vel ex palma, vel ex æsculo coronae dabantur victoribus, ut ait Ouid. lib. I. Metamorph. in his:

*Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomita serpentis nomine distos.
Hic iuuenum quicumque manu, pedibusve, rotæque
Vicerat: æsculea capiebat frondus honorem.
Nandum laurus erat.*

Nam primis Pythiorum temporibus non erat adhuc inuenta laurus, qua postea inuenta & locus datus est fabulae, & coronae victoribus Pythiorum ex illa confectae. apparet autem ex Ouidij carminibus non Amphictyones, neque filium Deucalionis, sed Apollinem ipsum præ lætitia victoriae eius certaminis, in quo Pythonem ceciderat, Pythicos ludos instituisse, atque eadem propè ludicra fuisse in Pythicis, quae erant etiam in Olympiis. alij dixerunt neque palmam, neque æsculum, neque laurum præmium fuisse Pythiorum, sed poma quaedam Deo consecrata victoribus donari solita ut scripsit in libro de coronis Ister. Verùm istud accidit, quia & ludicra, & præmia victorum, & tempora, quibus agebantur Pythia, sæpius immutata sunt: nam cum nono quoque anno primum ageretur Pythia, perducta sunt postea ad quinquennium, quia tot Nymphae dicte sunt Parnasides dona Apollini, cum feram trucidasset, obtulisse. at de Pythiis satis, nunc de Nemeis dicamus.